

A Qui. n. contra dei seruos infurgit, cōtra deū infurgit, quemadmodū Christus testatur, Quod vni minimo ex meis fecistis, mihi fecistis. Et Paulo adhuc perlequenti, Quid me (inquit) persequeris? Disiū- Matth. 25.
pamus vincula eorū. i. destruiamus legē ac religionem Christianorū, sicut in præcedenti articulo expo- Actū. 9.
sitū est. Hoc. n. p̄dicti increduli persecutores intendeāt, vt Nero, Domitianus, Diocletianus. Et proi-
ciamus à nobis iugū ipsorū. Hęc sunt verba Christianorū male viuentiū, qui se fidē habere fatentur,
sed opa fidei aspernantur, atq; deuotos persequuntur. Hi dicunt, proiciamus à nobis iugū ipsorū. i. re-
pellamus à nobis p̄dicationē ac cōmunionē & reprobationē eorū, qui nostrā volūtati cōtraria p̄-
dicatū q; nobis dei flagella p̄catorūq; æternas minatur, & vitā nostrā tanquā iniustā & p̄sīmā arbitra-
tur: docentes verbo, vel opere ostēdētes mundū & oēm eius honorē, & voluptatē, ac gloriā esse sper-
nendā, parentes, propinquos, vxorē, & agros propter Christū esse derelinquēda. Qui habitat in cælis
.i. Christus qui sedet ad dexterā patris, iridebis eos. i. oēs p̄dictos malignos: & dñs. i. tota superfe-
liciss. trinitas, quæ est vnus deus vnūq; dñs, subfannabit eos, & hoc propter Christū, qui secundū q; Matth. 25.
hō proferet sententiā cōtra iniustos ex totius trinitatis cōmissione, quēadmodū in euang. S. Ios. habet, Ioann. 5.
Pater oē iudiciū dedit filio. Tunc. i. in die iudicii, quādo p̄dicta irrita fiet: tūc, inquā, Christus loquetur
ad eos. i. iniustos & bonorū persecutores, in ira sua dicens, Ire maledicti in ignem æternū. Et in furore Matth. 25.
suo conturbabit eos, facies eos absorberi à terra, & cū demonibus infernali carcere recludi. Ego autē
cōstitutus sum rex ab eo super Sion. Hoc bonis prælatis ac sanctis ep̄is, fidelibusq; p̄dicatoribus ma-
xime cōuenit. Horū. n. quilibet dicere pōt, Ego autē, quasi diceret, Illi ita peribunt, sed ego cōstitutus
sum rex. i. prælatus, rector, seu doctor, ab eo. i. à Christo, tanquā eius vicarius, super Sion montem san-
ctum eius. i. super populū Christianū diuina speculante, p̄dicans p̄ceptū eius. i. docens Christi mā-
data feruari. Potest & hic versus de vnoquoq; fideli exponi: qm̄ vnusquisq; cōstitutus est rex. i. dñs
operationū suarū, super Sion montē sc̄m̄ eius. s. super seipsum. Tēplū. n. dei sc̄m̄ est, quod estis vos,
ait Apost. Quilibet. n. terrena despiciēs, cælestia speculās, dici pōt Sion & mōs sc̄s dñi, quia in subli-
me dedit mētis suæ affectū, e. s. que erectus in deū. Dicitur autē hō rex super seipsum, qm̄ libere agit,
& secundum rōnis imperiū viuere debet, & iuste gubernare seipsum. Vnde in Eccle. Deus creauit hō-
minē, & reliquit eū in manu cōsiliū sui. P̄dicat quoq; quilibet p̄ceptū dei, quādo informat & exci-
tat semetipsum, corde reuolūtes testimonia sacra scripturæ. Dñs dixit ad me, filius meus es tu, hoc est,
quod ait Apost. Ipse sp̄s reddit testimoniū sp̄i nro, q; filij dei sumus. Quilibet ergo deuoto dicit dñs
per inspirationē internam, Filius meus es tu, ego hodie genui te. i. in die qua in fonte baptis-
matis rege neraui te: imo quando cumque infunditur nobis charitas & gr̄a sp̄s sancti, tunc deus sp̄ualiter generat
nos, dans nobis eīe sp̄ritale, diuinū, atq; cæleste. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam.
Hereditas appellatur, qua aliq; ad libitū vitur, cōuertens ipsam ad propriam vtilitatē. sic homines ius-
ti ac sancti hereditate possident gentes. s. p̄c̄to- res gentiliter conuersantes, qm̄ ad libitū suū ipsis vtun-
tur. Nā quicqd; gentes hmōi agant, hoc totū iusti ad vtilitatē suā conuertunt, sicq; omnia cooperan- 1bidem.

C tur in eis bonū. Si nanque honorētur & laudentur ab impiis, nō extolluntur, sed per humilitatem me-
rētur ex hoc. Si vero vilipenduntur ab molestentur ac ipsis, non opprimuntur, sed per patientiam ma-
nent immobilēs. Et possessionē tuam terminos terræ. i. ego dominus dabo tibi terminos terræ ad pos-
sidendū. Vnde apostolus, Tāquā nihil, inq; habētes, & omnia possidentes. Iusti. n. tm̄ habent de terra,
quantum desiderant, si fideliter petant, quēadmodū Saluator ait, Primū quærite regnū dei, & hæc oīa
adiicientur vobis. Bonis quoq; prælatis dat dominus in hereditatē, quatenus semper eas bene regādo
possideant. Deniq; omnis prælatus & Christi fidelis, dignus christi vicarius, regit sibi cōmissos in vir-
ga ferrea. i. in cōstanti iustitia, & iusta disciplina, & tanquam vas figuli cōstringit eos, quia fecit eos cō-
cupiscentias refrenare, mores corrigere, seipsoq; frāgere. Et nūc reges intelligite. Ista, atque sequē-
tia, exponenda sunt, sicut superius factum est. Ponitur hic admonitio optima, rectoribus p̄cipue op-
portuna. Prælatis nanq; maxime indigent continuo dei timore, imō & magno tremore, ne negligētius
agant, ne eos principatus delectet, & ne per exteriorem occupationem interius vacui fiant. Moraliter Hebræ. 12.
itaque docemur ex psalmo isto, ne deficiamus in aduersis, ne frangamur iniquorum persecutionibus, 1. Cori. 4.
sed considerantes diuini iudicii vltionem, ac impiorum damnationem æternam, viriliter assequamur
caput nostrum seu Christi vestigia, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione cōtempta:
qui etiam suis fidelibus clamat, Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam
quotidie, & sequatur me. Itē ex eo quod dictum est, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, docemur
& admonemur considerare eminentiam gratiæ dei & magnitudinem beneficiorū, quæ nobis collata 2. Cori. 6.
sunt, vt simus deo grati, & eius amore ardentes, sicq; amplioribus donis impleamur à domino. Ha- Matth. 6.
benti enim dabitur. i. ei qui gratus est deo, & gloriatur, non in seipso, quasi non acceperit, sed in domi-
no solum. Ei vero qui non habet, id est, ingrato, & quod videtur habere auferetur ab eo.

¶ Expositio anagogica eiusdem psalmi.

EX quo autem ostensum est, psalmum hunc ad literam loqui de Christo, certum est, quod non sit
allegorice exponendus. Tunc nanque allegorice scriptura exponitur, quando id quod ad literam
de aliis scriptum est, de Christo intelligitur. Si vero de Dauid vel de aliis psalmus hic loqueretur, vt
putant Iudæi: tūc posset de Christo allegorice explanari. Verum anagogice exponi potest, vt id quod
dicitur, Quare fremuerunt gentes, vsque ibi, Qui habitat in cælis, sint verba cuiuslibet beati in patria,
qui ista dicit ad insinuatā enormitatem peccati eorum, qui aduersus deum & Christum eius, id est,
contra eos, qui nunc deo fruuntur, conuenerunt, quando in vita hac fuerunt. & conuenit vox ista p̄-
sertim sanctis martyribus, qui se conformando diuinæ iustitiæ, optant vindictam de impiis, atque ob
hanc adipiscendam sic dicunt, Quare fremuerunt, &c. Vnde scriptum est, Sub ara dei sancti clam-